Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



ata tua. Dixit q; illi ysaac. Qs es tu? Qui respondit:
Ego sum filius tuus primogenitus esau. Expauit ysaac stupo
re uehementi: & ultra quam credi potest admirans ait. Qs
igitur ille est qui dudum captam uenationem attulit mihi:
et comedi ex omnib; antequam tu uenires benedixi q; ei: & erit
benedictus. Auditis esau sermonib; patris ululat clamore
magno: & obstupefactus ait. Benedic etiam mihi pater
mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter: et accepit
benedictionem tuam. At ille subiunxit. Iuste uocatum est
nomen eius iacob: supplantauit enim me en altera uice. Pri
mogenita mea antea tulit: et nunc secundo subripuit be
nedictionem meam. Rursum q; ad patrem: numquid reserua
sti aliam q; benedictionem. Respondit ysaac. Dominum tuum illum
constitui: & omnis fratres eius seruituti illi subiugauimus. Frumento q; u
no stabiliui eum: & tibi fili mi ultra quid faciam. Cui esau
ait. Iniquum unam tantum benedictionem habes pater: oro
te q; obsecro ut benedicas. Cum q; eiulatu magno fleret. mo
ysaac dixit ad eum. In pinguedine terre & in rore celi desup
erit benedictio tua. Secundum lucam

In illo t. Dixit ihs discipulis. Homo quidam habuit duos fi
lios: & dixit adolescentior ex illis patri. Pater da mihi portio
nem substantie que me contingit. & diuisit illis substan
tiam. Et non post multos hos dies congregatis omnib; adole
scentior filius peregre profectus est in regionem longinquam: & ibi
dissipauit substantiam suam uiuendo luxuriose. Et postq;
omnia consumasset facta est fames ualida in regione illa:
et ipse cepit egere. & abiit & adhesit uni ciuium regio
nis illius: & misit illum in uillam suam. ut pasceret porcos.